


Pronomen relativum

Quintus

- ... **qui** frater Iuliae est,
- ... **quem** Iulia amat,
- ... **cuius** pater Iulius est,
- ... **cui** Iulia osculum dat,
- ... **a quo** Iulia quoque osculum accipit
puer probus est.



| | | genus masculinum | genus femininum | genus neutrum |
|--------------------|-------------|------------------|-----------------|---------------|
| numerus singularis | nominativus | | | |
| | accusativus | | | |
| | genitivus | | | |
| | dativus | | | |
| | ablativus | | | |

| | | genus masculinum | genus femininum | genus neutrum |
|------------------|-------------|------------------|-----------------|---------------|
| numerus pluralis | nominativus | | | |
| | accusativus | | | |
| | genitivus | | | |
| | dativus | | | |
| | ablativus | | | |

1) Sublinea pronomina relativa:

- a) Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum!
- b) Adiutorium nostrum in nomine Domini (est), qui fecit caelum et terram.
- c) Deus: (...) famulum tuum *Franciscum*, quem pastorem Ecclesiae tuae (...)esse voluisti, propitius respice.
- d) Deus, cuius misericordia infinita est.
- e) Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes.
- f) (Iesus) erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
- g) Sine ipso factum est nihil, quod factum est.

2) Cuius casus (*nom., acc., etc.*), quo numero (*sg. / pl.*), cuius generis (*m. / f. / n.*) sunt pronomina sublineata?

3) Unde veniunt haec sententiae?